

stant potestate summa. Hi nec, sub tanta sollicitudine mole oppressi, de fidei articulis controversis dirimendis, religionisque officio defungendis idonei? Quid recte rationi, & regiminis tranquillitati accommodatus, & opportunus, quam duo supra luminaria, alterum, quod divinam, alterum, quod temporalem respiciantur illuminet? Dum temporales Principes in terrenis occupantur, Sacerdotes Domini, a terrenis curis expediti, pro omnium salute cum Deo negotia tractant. Clerici diviti nonne sunt in statu, & per latum excurrunt, & tandem in Principum ararium immigrant? Quid Reipublice interest, in hoc, aut in illo lubido divitias reperiri; dummodo intra status confinia distrahantur? Quid fastum, pompas, luxum, ceteraque corrupelas obtrudit? Heine ne falsitas, aut veritas religionis haurienda? Nulla ergo in mundo religio vera fuit; cum nulla unquam a vitis, & corruptelis immunis fuerit. Consula de Evangelium Politici nostri, intelligentes Dei Ecclesiam agro frumento, & zizaniis usque ad ventilationis diem pleno, comparatam a Christo esse. Hanc Romano-Catholicam Ecclesiam *Profibulum Babilonicum, Bestiam Apocalypicam*; istius vero Ecclesie Clerum, *solidam hominum genus, homines nulla fide dignos, Principes ad tyrannidem insipientes, scelera & malitiam omnem religionis professione cœcantes, urbanissime appellat Luthericus Puseudorfus*. Et hæc ratio scribendi ratio perpetua est huius iuris nature, æqui & boni præclarissimo inlauratori contra sibi adverlaentes.

IV. Quæ hæcenus ex libris Puseudorfii, data occasione, decerpimus, insinuare, & non levi pudore ungeri illos semidoctos debent qui acutissimum Metaphysicam, Iuripublicam insinem Puseudorfium depreciant, eiusque lectione delectantur, antequam solidam iuris & naturalis, & divini, humanique principia didicerint. Ne vero suspicentur isti, me odio pericuri contra Puseudorfium, suadere imperitis ut abstineant ab illius operum lectione, causam appello ad ipsos Doctores Luthericos, qui aperte testantur, Puseudorfium Atheismi insigne tinctum fuisse. Id supra ex *Bruckero* indicavimus. Sed modo aliam allegare tellem iuvat. Iacobus Fridricus Reimannus in *histro. univers. Atheismi* hæc tenet cap. X. §. xv. pag. 510. *Et in iis procedunt, etiam Samuelum Puseudorfium, quem Puseudorfus, accusatum Auctori apologia pro Vainio pag. 27. refert. Et addit Godofredum Arandus in H. E. T. 2. 4. 17. c. 26. §. 10. pag. 379. fuisse Vitenbergæ, qui Ioach. Geraduum*

*Ram, cuius tragediam descripsimus §. 10. venenum Atheismi et scriptis Puseudorfii iustitiam existimaverunt, quibus Puseudorfus ipse responderit, & imposuit fibulam*. Nec testimonis extraneis opus est, cum opera ipsa typis edita perlabant Puseudorfium, hominem furore abreptum, sermone lutherico ebrium, mendacem, impudenterque impudentissimum. Ubi in universis eius operibus adhortatio ad pietatem? Ubi vera virtus? ubi moderatio, modestia, & probitas vota? In factuos oppositores impotens maledicus, in Catholicos rabidus calumniator, erga Principes vilissimus & mendax adulator. Hi sunt ipsius Atheistæ characteres. Plura sileo, cum non pauca supra dixerim.

V. Et revera, quid in causa est, cur non pauci hodierni scioi tam imprudenter religionis capita in diem adducant? Una profecto ex causis est librorum transalpinorum incauta lectio. Illa nugandi, conviciandi, & deridendi præcepta Romanæ Ecclesie dogmata libertas: Illa contra potestatem in sacra, fucata, & adulterata Politica in legentium animis venefica relinquunt semina, que semina sine fide adolescent, & tandem emittunt monstrosos abortus, nedum dubitationes, ambiguitates, argutula adversus divina mysteria ratiocinia. Hæc via ab imperio vulgo auram eruditionis captant, scituli apparere ambiunt, & postremum tam magistri nugaces, & insati, quam auditores inoditi & novitatis cupidi, sin fidem profus amittunt, ita tamen eam extenuant, obnubilant, ut Atheismi proximi sint, unoque pede Catholicismi, altero Atheismi vias percurrunt. Hæc principia, hæc radices impietatis illius que hodie tum tam audaces quoquoeverum grassatur.

VI. Nemo itaque mihi viro veritat, quod insituti limites transgressus sim. Quoniam, si Lutherani Doctores, ut *Puseudorfus, Thomassius, Barbeyracus, Cumberlandus, Budæus, Heinecius, Bruckerus*, ceterique ipsa opera philosophica, & historica de iure nature continentur replent differis, calumnias contra Ecclesiam Romanam; si inter ipsas de nature iure principis controversias intrudunt *Papissimum, Romanissimum, Superstitionem papissimam*, loquique errores luandere lectoribus student; numquid minus expediens erit, & nos illum retellere mendacia, fraudes detegere, calumnias retundere, luthericas hæreses flagitare, profanitates declarare, & notæ divinæ religionis dogmata promovere, atque imperitis lubidum ferre? Hac pertinent quæ hæcenus scripsimus.

CA-

## CAPUT IV.

De iure civili privato. Eiusdem notio, & partitio.

I. IUS publicum §. 1. capitis superioris est positum est. Brevissima oratione iuris civilis privati explicatio exhibenda nunc est. Definuntur autem *Ius auctoritate suprema potestatis conditum ad singulorum civium utilitatem immediate, & principaliter ordinatum*. Hæc descriptio distinguit hoc ius a quolibet alio. A naturali, quoniam hoc nec a voluntate humana pendet, nec mutationi obnoxium est. Differt a iure gentium, quia istud non est unius civitatis, aut principatus, ut civile; sed communiter omnium fere gentium. Differt tandem a iure publico, quod ius immediate, & per se ad publicam utilitatem dirigitur, ex qua poles singulorum utilitas dimanat; contra ius civile privatum immediate singulorum commodum respicit, ex quo publica coalescit utilitas.

II. Hoc autem privatum ius multiplex est. Aliud vocatur *merum*, quod ex sola humana pendet voluntate; aliud *mixtum*, quod ius naturale, vel gentium includit. Rursum aliud *commune*, quod extenditur ad universum principatum, vel imperium. Aliud *particulare*, seu *municipale*, quod intra fines provincie, aut civitatis concluditur. Tribuitur tertio in *scriptum*, & non *scriptum*. *Ius scriptum* est quod expressa sanctione, Principis auctoritate promulgatur. Nec requiritur ut lex ipsa scriptura consignetur; sed fatis ut a Principe expresse intimum, promulgatumque præconis voce fit. Scripturæ enim perpetuitati deserviunt. *Ius non scriptum* est quod moribus utentium introducitur, & tacito consensu approbatur.

III. Ius civile scriptum aliud in specie tale, aliud *prætorium* vocant. Illud hoc pacto finitur. *Ius civile est, quod ex legibus, plebiscitis, senatus-consultis, decretis Principum auctoritate prudentum venit*. Ius vero prætorium est quod Prætores introduxerunt adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris civilis gratia propter utilitatem publicam: quod & honorarium dicitur, ad honorem Prætorum civile nominatum. Ad ius ergo civile revocantur *leges XII. tabularum, plebiscita, senatus consulta, responsa prudentum, Principum placita*, & hæc legitimam habere causam dicuntur: quæ vero nullius definita sunt legibus, sed Prætoris edicto lata, in ipsam naturalem æquitatem reducentur, & ad ius

Conc. Theol. Tom. VI.

prætorium attinent. Quamobrem ius prætorium est veluti explanatio civilis iuris. Clarior quippe confirmat casus comprehensos in iure civili: quos verba generalia includere videntur, perirringit, prout acutas poliat; & tandem non comprehensos includit; ideoque supplet id in quo ius civile deficit. Plura de hoc iure prætorio, quæ scilicet tractant, sileo, quod nimium ab instituto recedant.

IV. Iuris civilis iura hæc est. Modo interpretatur iuris naturalis & gentium ambiguo casus; modo plura adicit solo humani arbitrio, prout tali nationi, populo, vel genti expedire iudicat. Plura consæctaria ex iure nature, & gentium dimanant, quæ iuxta humanam mentem diversitatem in varias partes trahi possunt: & ius civile de varias partibus trahitur. Ius civile finit, quod in sensu accipienda sunt. Plura adicit, ut præfata iura magis firmet. Universales conclusiones limitat, amplificat, conditionibus illigat, & pactis; prout magis expedire publico bono iudicat.

V. Singule respublicæ sum habere, habentque ius civile. Et quoniam inter omnes respublicas Romana celeberrima est, de iure civili Romano pauca dicam. Subinitium Romana civitas iure caruit, solaque vota voluntate regebatur: tamen aucta continuo ad populi regimen ius civium conditum est. In XXX. curias tribuit Romulus ipse populum, & sanctiones quibus dirigenda dicitur iste erant, condidit, legesque virgata dicitur sunt, quas temporis successu Numæ Pompilius celebratissimus Rex ante, sicuti & eundem successores, quæ subinde *leges regie* appellate sunt, & tempore Tarquini Regis in unum volumen Sextus Pappyrus insignis ictus collegit; distinctum præterea fuit ius *Papirianum*. Exactis Regibus, una cum ipsis antiquate regie leges fuerunt. Quia vero consistere respublicæ tranquillitas sine lege hand poterat, tres fuerunt electi viri, nempe, *Spur. Posthumus, Sex. Pulpicus, A. Manlius*, misique in Græciam, ut Lacedæmoniorum, & Athenienium potissimum, leges conferrent, Romam deferendas. Reversis, elapso biennio, cum legibus legatis anno U. R. C. CCCII. convocatis centuriatis comitis *Decemviri* ex ordine senatorio delecti fuerunt, qui ex Regibus, & ex Græcia delatis legibus ius condiderunt intra anni spatium, & facta omnibus inspicendi, & examinandi facultate, in XII. tabulis, sive eboris, sive arsis incitum est. Tabula *Prima* formam intuenti, agitantique iudicii con tinebat. *Altera* præscribat rationem persequendam

O 3 fu-

furum, iudicium prorogandi, & testes excitandi. *Tertia* remfuarium complectebatur, & depositi actionem, & rei indicatæ executionem. *Quarta* definebat ius parentum in liberos, & ius emancipationis. *Quinta* ius testamentorum, successiones ab intestato, hereditatis divisionem, iura tutelaram statuabat. *Sexta* prohibebat venditiones, usufructus, possessiones, & repudiorum iura. *Septima* de damno illato in agros, in pecora, in proprium corpus, & famam agebat, & plura contra leges, veneficos, parricidas, homicidas, atque raturum, & patronorum fraudes in pupillos, & clientes decernebat. *Octava* iura prædiorum rusticorum, & urbanorum consuebat, definito ambitu parietis, & spatio inter confines agros, itemque spatium vite; tradebatque alumnis quorundam collegiorum ferendæ sibi legis facultatem. *Nona* vetabat privilegia, & cæcus nocturnus, puniebat seditiosos, & redeuntes ad Romam populi fidem recipiendos iubebat, licet antea descivissent: iudices pecunia corruptos capite multabat, & iudicium de capite civis Romani ad Comitæ centuriata relevabat. *Decima* iura sacrorum, & sepulcrorum, & cæremontiarum, & iusiarandum designabat. *Undecima* iura conviviolum declarabat, & de sacris derelictandis, & de vi postremarum legum agebat. *Duodecima* de pignore, de calumniolo, falsoque iudicio plura definebat.

VI. Hæc XII. tabulis minus apertis ad omnia definienda quæ crescente republica occurrant, adiectæ fuerunt ICTORUM interpretationes, quæ ius civile communi nomine appellabantur. Temporis decursu iura iuribus addita fuerunt tanta copia, ut in immensum plura pene excreverint, & duo librorum millia vix capere eadem valeret. *Julius Cæsar*, primus omnium tantam librorum molem contrahere deliberavit; sed morte immatura, & violenta oppressus perficere consilium non potuit; illudque executioni demandavit *Hadrianus* Imperator opera & studio *Sabini Iuliani*, Iſti celeberrimi, unumque consilii volumem, *Edictum perpetuum* nuncupatum, quod insignores Iſti Romani, Ulpianus, Paulus, Gaius, Scævola, & alique plures interpretati sunt. Posteriore tempore succedentes Imperatores constitutiones plures ediderunt, quas ulque ad Constantinum Magnum Gregorius & Hermogenes Iſti, privata auctoritate collegunt; distulque est *Codex Gregorianus* & *Hermogenianus*. Theodosius minor anno Christi CCCCL. Imperatorum, præcipue christianorum, constitutiones in unum

redigit volumem, quod *Codex Theodosianus* etiam appellatur. Iſtus codicis usus obtinuit ulque ad Imperatorem Iustinianum. Is, cum vidisset plura Prætorum Edicta, Novellas, Theodosii iunioris, & aliorum Principum constitutiones in laudato codice desiderari, opera potissimum *Trebontiani*, & sexdecim aliorum Iſtorum studio ius universon in unum corpus redigere constituit, perfectique, & in libros digestit.

VII. Hoc *Iustinianum ius* per totum imperium legis vim, ipso vivente Iustiniano Imperatore, obtinuit, viguitque longo temporum intervallo. At, elabente tempore, illius auctoritas decrevit, valdeque diminuta incidit. Saeculo XII. pristinum recuperare splendorem cepit, Lotharii Imperatoris tempore, studio potissimum *Irenæi* qui Comitissa *Methildis* hortatu & iussu Bononie ius Iustinianum professus est: quem secuti sunt *Bulgarius*, *Martinus*, *Iacobus*, *Hugo*. Nec modo in Italia scholis, sed in foro ipso magna ius istud auctoritate pollebat. Italiae exemplum secuta est Gallia, & Hispania, ut advertit *Struvius ad ff. Exerci. 2. tit. 34.*

VIII. Quatuor potissimum in partes tributur ius Romanum Iustinianum, in Pandectas, Institutiones, Codices, & Novellas. Omnia collecta sunt ex diversis iuribus. Populus simul cum Senatoribus, & Patriciis *Pluribusque*, Senatus solus *Senatus-consulta*, Principes *Principum placita*, Aediles, Prætoresque *Prætorum edicta*, Iſti *Responsa prudentum* edidere. Ex his omnibus coalescit ius Romanum Iustinianum, cui, præter hæc, inserta sunt XIII. edicta a Iustiniano edita proprio motu, & aliorum Imperatorum Novellæ constitutiones. *Pandectæ* appellantur alio nomine *Digesta* ab ordine, & forma, sub qua disposita, & digesta sunt. Quandoque etiam dicuntur *Codex iuris enucleati*, quoniam in Pandectis, seu digestis præ reliquis libris, & leges, & negotiorum definitiones, & iurium artes traduntur. Pandectis triginta septem Iſti Symbolas contulerant, ex quorum responsis Digestorum leges compactæ fuerunt. Hanc compilationem præstitit *Trebontianus*, Constantinus, Theophilus, Dorotheus, & alii præclari Iſti anno Christi DXXX. promulgataeque anno DXXXIV. *Digesta* hæc tres in partes tributa sunt. Prima comprehendit *Lih. XXIV.* & vocatur *Digestum vetus*, quod præcedat ceteras partes. Altera includit *Lih. XXIV.* ulque ad XXXVIII. & dicitur *Digestum infortiatum* seu etiam *infarciatum*, quod inter vetus & novum, medium sit, & leges fortissimas contineat. Reliqui libri *Digestum*

*gestum novum* componunt. Itaque *Digesta* libris quinquaginta comprehenduntur. Citatio legis alicuius ex *Digestis* hoc signo ff. notatur. Cur tali signo citentur, ratio nulla præter factum, & ius usum. Institutiones, seu instituta sunt iuris compendium, iussu Iustiniani & studio *Trebontiani*, *Theophili*, & *Dorothei* compactum. Vim iuris obtinent. Quatuor libris, & XCIX. titulis constant, quorum singuli suas habent rubricas.

IX. Codex, ut dictum est, alius *Gregorianus*, alius *Hermogenianus*, alius *Theodosianus*, alius *Iustinianus*. Primi duo codices ferme perierunt. Theodosianus quasi integer exiit; sed eodem uti Iustinianus vetuit. *Codex Iustinianus duplex*, *Prima*, & *Secunda lectio*. *Prima lectio* est ille quem Iustinianus ex codicibus Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano, & aliorum Imperatorum constitutionibus concinnavit, & Iustinianum nuncupatum, anno Christi DXXIX. imperii sui tertio evulgavit; sed vix lucem aspexit, statim interit. *Codex secunda*, seu *reptine lectio* post laudata volumina ab Imperatore confectus est anno imperii sui IX. & hic iuris auctoritatem obtinuit; & hic est quem Iſti citant. Distributus est in Libros XII. Tres tamen ultimi, de iure publico agentes, posteriore tempore adiecti sunt.

X. Iſti *Cuiacius*, *Antonius Augustinus*, *Contius* huic codici constitutiones nonnullas relictum erudit. *Basilis Masceco* Imperator, a quoque *Filius Leo* Philosophus novas *Pandectas* condidit in LX. Libros distribuit, quos libros *Basilicos* appellant. Numquam tamen nec in Oriente, nec in Occidente vim legis obtinuerunt. Ad solam eruditionem hodie libri *Basilici* conquiruntur ab illis qui selectas construunt bibliothecas.

XI. *Novellæ* Iustinianus suo codici adiecit, quæ sic appellantur, quod novissime post editum codicem eas considerit, & contineant volumem constitutionum, quas ipse Imperator diversis temporibus pro rerum emergentium occasione edidit; & præter constitutiones continent *Authenticas Collationes novem*, in titulos & capita distributas. *Græcæ* compositæ fuerunt, paucis exceptis, quæ latine editæ sunt. *Novellæ authenticæ* nomine etiam insigniuntur, ut distinguantur ab Epitome, in quam præfatas Novellas contraxit *Iulianus Patricius* vir præclarissimus. Quare respectu istius Epitomes, *Novellæ authenticæ* titulo donatæ merito sunt. *Authenticum* enim auctoritatem præfert: ideo auctoritatem legis, non Epitomes, sed *Novellæ*, unde ex-

traſta Epitomes, obtinere merito debent. *Tredecim* Iustiniani Imperatoris Edicta, & alia Iuliani, & *Tiberii* Novellis adiecta, nulla potuntur in dirimendis causis auctoritate.

XII. *Recentis iuris civilis* partibus adiecti sunt libri *Feudorum*. Hæc iura feudalia iura militaria olim vocabantur. Alii *Longobardis*, alii *Germanis* feudorum originem adscribunt. *Primum* collectionem consularum Consules *Mediolanenses*, *Obertus de Oria*, & *Gerhardus Nigola*. Nulla publica sanctione hæc iura feudalia approbata fuerunt; sed tacito generali consensu a saeculo XV. approbationem obtinere. Libri *Feudorum* duo, *primus*, & *secundus*. *Cuiacius* ex variis Imperatorum constitutionibus feudaliibus *quintum* collegit. Plura de his omnibus, quæ paucis pertrinxim, disputant Iſti, sed, quia minus instituto meo consentanea, illa prætereo.

## CAPUT V.

De iure canonico, seu Ecclesiastico.

I. *Canon* vox Græca est, quæ latine reddenda *regulam* exprimit. Ius itaque canonicum ius regulare est, sic nuncupatum, quod ex canonibus, seu regulis, quas Ecclesia sancivit pro formandis Christianorum moribus compactum sit. Hæc ratio etiam ius civile canonicum, seu regulare appellari potest; cum & illud ex regulis pro republica, civiumque officis dirigendis editum fuerit. Verum usus obtinuit solum ut ius ecclesiasticum canonicum appellaretur; eo quod res ipsa & regulas meliores, quæ interdum errata iuris civilis emendant, & finem nobiliorem spectat, & a potestate sublimiori proficiunt. Appellatur modo ius *Ecclesiasticum*, quia & disciplina Ecclesie regendæ delerit, & a potestate Ecclesie dimanat. Dicitur etiam *ius pontificum* quod a summis Pontificibus, Christi Domini in terris locum tenentibus, collectum approbatumque pro universalis Ecclesie regimine fuerit. Denique *ius sacrum* dicitur, tum ratione materie, tum ratione principii unde proficiunt.

II. *Explicitata* vox, res ipsa differenda est. Porro ius canonicum est ius positivum ab Ecclesia catholica conditum approbatumque, quo republica catholica ad pacem, tranquillitatem, iustitiam, æteramque beatitudinem dirigunt. Dicitur ab Ecclesia conditum vel in Concilio congregata, vel a Romano Pontifice, tamquam legitimo Capite,

& Christi Domini Vicario, approbatum, vel institutum. Quaedam enim decreta seu canones in ipsis Conciliis generalibus constituntur, quae, approbante Romano Pontifice, vim legis in universali Ecclesia obtinent: & ipsi summi Pontifices plures decretales, rescripta, & constitutiones condunt, & promulgant, quibus universa Ecclesia subiecta est. Pro catholica republica hoc ius constitutum est: quia de illis qui foris sunt, Ecclesia non iudicat, neque hi legibus ecclesiasticis, neque penis coercentur. Denique finis quo ius istud fideles dirigit, divinus est: ideo media praescribit, nempe divinum cultum, acorum observationem, & cetera omnia quae viam ad aeternam beatitatem sternunt. Igitur tam ex principio, quam ex materia quae praescribit, quam ex universalitate, & fine in quem tendit, ius canonicum iure civili praestantius est. Illud enim a potestate facta, nempe a Christo, Apostolis, eorumque successibus dimanat. Eius materia spiritualis est: iurisdicito omnes fideles, per univervum orbem diffusos, obstringit, & finis tandem est ipsa aeterna animarum salus. Contra ius civile a mera potestate seculari originem accipit: materia quoque terrena est, & temporalis: iurisdicito intra limites principatus, populi, vel nationis coerctur: finis denique felicitas temporalis est, & civilis tranquillitas.

III. Ius canonicum suam repetit originem ab Apostolis, qui pro Ecclesiae regimine omnium primi Concilia celebrarunt. Locum primum occupat Hierosolymitanum, anno Christi XXXIV. circiter habitum in domo Mariae Ioannis matris, in quo S. Mathias Apostolorum alio adscriptus est. Alterum similiter Hierosolymitanum ad sedandam Graecorum, & Indaeorum querelas, in quo pro Ecclesiae disciplina Dionisi septem, & plura alia statuta sunt. Tertium convocatum anno Christi LI. similiter Hierosolymis, praecipue ut occurrerent controversis Antiochiae exortis, definiturque, non esse ex Gentibus ad Christum conversos circumcidendos, neque legibus caeremonialibus subiectos, abstinendum ab immolatis simulacrorum, a sanguine, a suscitato, a fornicatione. Quartum denique anno circiter LVIII. idem Hierosolymis tenuere, in quo prioris Concilii decreta firmarunt, & Iudaeis christianam religionem profitentibus usum legalium permissus est ad tempus; dum-naque sepeliende debitus honor deferretur: quia, ut supra dictum est, licet post Christi mortem cessaverint legalia; tempus tamen

quo coepert esse mortifera certo non potest defini.

IV. Haec sacrorum canonum initia. Plura alia pro Ecclesiae disciplina consistere Apostoli, non scripturis, sed cordibus impressa. Plura postea S. Clemens Petri discipulus scriptis consignavit sub titulo *Canonum Apostolicorum*. His adiecta fuere *Constitutiones apostolicae*, in octo libros tributa, quas aliqui ipsi S. Clementi, alii Scriptori saeculi III. adscribunt. Ut ut res se se habeat, certum est antiquas esse, & plurima utilia continere doctorum legum, & Pontificum Graeco alio loco legum, & Pontificum habitum. Suam decursu temporis amiserunt auctoritatem, quod ab haereticis plura fuerunt intrusa, plura adulterata, ut viri eruditi iam saepe animadvertunt. Quare posteriori tempore Ecclesiarum Pastores, vel extra Synodos, & Pontifices Romani plures ediderunt constitutiones, decreta, & canones, quibus occurrentibus controversiis providerent. Quae omnia literis consignata in immensam creverunt molem, confusionemque non parvam inducebant; cum nullum, nisi temporis, quo edita fuere, ordinem haberent. Quare, ut facilius illorum esset intelligentia, omni confusione sublata, in ordinem digesta fuere, & in unum collecta volumina.

V. Varie sunt canonum praefarorum collectiones. Decem circiter numerantur. *Prima* adscribitur *Dionysio Exiguo*, Abbati Romano, celebri sexti saeculi Scriptori, eiusdem Ecclesiae Carthaginensis Diacono, eiusdem saeculi Scriptori, tribuitur *secunda*. Et haec collectio *brevarium* appellatur, quod in ea non exhibebantur, sed citantur canones. *Tertiam* collectionem concinnavit *Martinus Abbas Benedictinus*, & Ecclesiae Bracarvensis Episcopus post dimidium sexti saeculi; eamque probavit Concilium Lucente II. anno DLXXXII. celebratum. Istius collectionis canones plures suo Decreto inseruit Gratianus sub nomine Martini Papae; ut observat Antonius Augustinus Dial. x. & xi. in *Gratianum*. Hoc eodem tempore quartam executus est *Crescentinus* Episcopus Africanus, eamque in *Concordantia canonum*, seu *Libri canonum*. Collectionis quintae Auctorem aliqui volunt esse S. *Isidorum* Hispanensem Episcopum. Sed hanc opinionem communiter eroditi reiciunt: quia collectionis istius Auctor laudat Concilium Toletanum II. celebratum anno DLXXXV. & Concilium VI. habitum anno DCLXXXI. eademque inseruit epistolas Gregorii II. & III. qui Pontifices Romanae Sedi praesere post annum DCC. Sanctus autem Isidorus Hispanensis Episcopus

ico-

scopus evivis decessit anno DCXXXVI. Quare verius alii hanc collectionem constatam esse arbitrantur ab *Isidoro Mercatore* Episcopo Setubensi, dicto *Mercatore* seu *Peccatore*, quo nomine epistolis fabricabat. Hic obiit anno DCCGL. Alii utraque componunt opinionem, contententes S. Isidorum Hispanensem primam hanc collectionem incepisse; eamque subinde ab *Isidoro Peccatore* completam esse, pluribus adiectis epistolis, & canonicis. *Brocardus* seu *Burchardus*, Episcopus Wormatiensis ex Monacho Benedictino assumptus, sextam collectionem ex summorum Pontificum, & Conciliorum decretis, & sanctorum Patrum sententis compilavit, eamque sub *Decretorum* nomine in XX. Libros distribuit anno MXX. Eodem saeculo *Spezzianus* confecit *Cardinalis Deusdedit*, Gregorio VII. summo Pontifice regnante. *Oblatum* edidit *Alanus* Parisiensis Episcopus Lucensis. *Alana* pariter habet *Isomon Gallum* Episcopum Carotenlem. Hanc in compendium redegit *Hugo Catalaunensis*. Post haec novem Collectiones prodit tandem *Corpus iuris canonici*, quo hodie Ecclesia universa utitur.

VI. Hoc ius canonicum aliud scriptum, aliud consuetudine investum est. Scriptum, aliud commune pro universa Ecclesia; aliud peculiare pro aliqua provincia, diocesi, vel communitate editum est. Ius commune aliud est quod legitima auctoritate corpus iuris canonici constituit, in eoque continetur: aliud quod extra illud corpus divagatur; ut sunt plures Decretales dictae *Extravagantes*. VII. Hoc corpus iuris canonici tribus voluminibus constat. Primum volumen *Decretum Gratiani* continet in tres partes digestum, quarum prima distinctionibus centum & una constat. Et singulae distinctiones divise sunt in *canones*, seu capitula. Comprehendit *secunda* xxxvi. *causas*, seu controversias, quarum singulae sepe comprehendunt plures questiones; & haec in canones dividuntur, seu capitula. Tertia inscripta est de *Consecratione*, quinque distinctionibus tributis in canones constans.

VIII. *Gratianus* hoc suum Decretum hoc titulo inscripsit, *Concordantia discordantium canonum*: quod in eo simul conciliare quomodo canonum contrarietatem, eoque in meliorem ordinem digerere studuit. Opus *Gratiani* maiori ex parte constat Conciliorum decretis. Alterum iuris canonici volumen complectitur potissimum *epistolas decretales* summorum Pontificum, & divium est in quinque libros. Tertium volumen divivum est in tres partes. Prima continet librum VI.

Decretalium divivum in quinque libros, non secus ac aliae priores Decretales. Secunda Clementinas a Clemente V. editas, & a Ioanne XXII. evulgatas. Tertia Extravagantes comprehendit, quarum plures condidit Ioannes XXII. easque corpori iuris inseruit. Aliae extra iuris corpus vagantur.

IX. Pauca nunc de istius iuris canonici auctoritate dicenda occurrunt. Canoniam non pauci, ut Abbas, Archidiaconus, Tuchsus, alique, textus omnes Gratianens legis vim obtinere propugnant. Quoniam, inquit, ab Eugenio III. probatum hoc opus fuit, & tacto aliorum Pontificum assensu firmatum. Sed communior, & vera sententia docet, Decretum Gratianum vim legis non habere, nec ab aliquo Pontifice unquam probatum fuisse. Legitur in Scholis, quemadmodum Libri sententiarum Petri Lombardi, ob commoditatem collectionis antiquiorum canonum, & sententiarum, quae in hoc Decreto habentur. Quare tantum auctoritatis Decreto huic defertur, quanta potuerunt documenta, quae in eo adducuntur. Singuli ergo canones citati ad suos fontes revocandi sunt, ut inde colligatur, cuius sint ponderis habendi. In hoc autem Decreto habentur textus sacrae Scripturae, constitutiones Apostolicae, Conciliorum decreta, sanctorum Patrum sententiae, textus alique iuris civilis, facta historica, & interpretationes eidem Gratiani. Haec ergo documenta ea in Decreto extra illud, & in propriis sedibus locata. Textus sacrae Scripturae suam a Deo auctoritatem habent; & sic cetera omnia quae laudantur, a suis auctoribus. Decreta Conciliorum a Conciliis, sententiae Patrum a Patribus &c. suam hauriunt auctoritatem. Interpretationes Gratiani sunt Doctoris privati, qui si rationis, & communi doctrine consonant, admittenda, secus reiicienda sunt.

X. Disputant Canonistae, cuiusnam sint auctoritatis *Paleae*, Decreto Gratiano adiectae. Et primum de voce ipsa litum instituit. *Paleae* istae canones sunt Decreto superadditi. Cur *Paleae* vocentur, non una est Canonistarum sententia. Alii *Paleae* dici contendunt, quod res nullius momenti continent. Idque quid de his additionibus suo Decreto factis sentiret, respondisse fertur, *Paleae esse, nec de meo sano*. Alii sistent, *Paleas* dici has additiones ex Gratiani discipulo, dicto *Paleae*, seu *Protapaleae* vel *Pocapaleae*, aut *Quartapaleae*, quem Cardinale fuisse nonnulli sistent: cuius studio collectos additos canones ferunt.

Com-

Communior sententia nomen istud reperit a Graeco adverbio *κατα*, id est *intra*, seu *additione*, quae post editum Decretum ab ipso Gratiano, ab aliis posterioribus scripta fuisse; quae temporis decursu librorum opera, vel intrusa fuerunt in Decretum, vel omisae. Et quoniam utiles habitae fuerunt, omnia eiusmodi capita inserta Decretum fuerunt. Antiqua exemplaria non pauca eiusmodi capitula carent. *Palaestra* ista, seu canones, vel capitula sunt extra, minoris auctoritatis quam Decretum. Quare examinandi sunt canones isti, &c., quatenus doctrinae communi non repugnant, admittendi, vel ceterum sunt.

XI. *Ipsidori Mercatoris* seu *Pecccatoris* epistolae quas suae collectioni inseruit, ad criticum vocarunt non Canonice modo, verum etiam eruditores elapsi seculi Scriptores. Legitimos illorum Pontificum, sub quorum nominibus referuntur, partus esse propugnant Franciscus Turrianus, & Severinus Binius, alique. Sed verior, & communis eruditorum sententia confectis mercibus ab epistolis iure, & merito ascendet.

XII. De secundo volumine Decretalium minoris dissentio est. Quamquam enim paucis negent libros istos vim legis habere; communior tamen & vera sententia eos non defendit. Horum librorum collectio suas habuit vicissitudines. Primus compilator fuit *Bernardus Balbus* Episcopus Papiensis. Alteram Compilationem aggressi sunt *Gilbertus Abbas*, & *Alanus* Episcopus Altifiodorensis; eamque perfecit *Ioannes Vallenfis*, qui inseruit omnes Decretales uel ad Innocentium III. Tertia tribuitur *Bernardo* Archidiacono Compostellano, quam curante Innocentio III. abfciuit *Petrus Beneventanus* eiusdem Pontificis scriba. *Tancredus Bononiensis* concinnavit quartam ex Decretalibus, quas post duodecimum Pontificatus annum edidit Innocentius III. & ex Canonibus Concilii Lateranensis, sub eodem Pontifice celebrati. Quintam heri curavit Honorius III. Has omnes collectiones, curante Gregorio IX. summo Pontifice, in ordinem redegit, & in quinque libros distribuit *S. Raymundus de Pennafort O.P.* Et hoc volumen est quod vim legis habet. Excipiuntur tamen nonnullae Decretales; quae contraria consuetudine abrogatae sunt. Interdum canonum contrarietas occurrit, & tum quando concilia una nequeunt, posteriori standum est.

XIII. Tertium iuris canonici volumen vim quoque legis habere declaravit Bonifacius VIII. Ilud confanctiarunt *Guilielmus* Archiepiscopus Ebreundenfis, *Beverginus* Episcopus

plus Bertirensis, & *Ricardus de Sinis* ex successore Gregorii IX. Pontificem rescriptis, & Conciliorum Lugdunenfiarum primi, & sequendi decretis.

XIV. Haec pauca delibasse sufficiat. Qui plura cupit, consulat Canonistas, qui & de recentis tribus voluminibus, & de Clementinis, atque Extravagantibus plura disputant, quae ab instituto nostro aliena sunt. Unum & alterum verbum de Rubricis. Rubricae vocantur quae praefixae titulis sunt. Quae titulis Decreti Gratiani praefixae occurrunt, vim legis non habere, convenit penes omnes. Contra quae praecedunt titulos, seu capita aliorum voluminum, magne sunt auctoritatis, quia auctoritate apostolica praefixae sunt. Rubricarum istarum aliae sunt declarativae, & textus alicuius ambigui. Aliae disponunt, & determinant, quandoque amplificat, & extendunt. Quando itaque aliquid textus ambiguum, aut diversam praesertim intelligentiam, ille praevaleat sensus debet qui Rubricae conformior est. Glossa etiam, si cum vim legis non habeat, magna tamen auctoritatis est.

## CAPUT VI.

De potestate legis condenda.

I. QUAE haecenus dicta sunt, satis evincunt, supremas potestates auctoritate legum ferendarum pollere. Haec facultatem soli *Papae* patriarchae Lutherus, & Calvinus, post *Valentes*, & *Wicelias*, in discrimen vocarunt. *Martinus Lutherus Lib. de capt. babilon.* haec eructat. *Clama fidenter Christianis nihil ullo iure posse imponi legum, sive ab hominibus, sive ab Angelis, nisi inquantum volunt. Liberi enim sumus ab omnibus.* Calvinus, utpote callidior atque acutior, de more veritate sua promittit sententiam. Inquit enim Lib. IV. *Institut. cap. x.* *Huius generis constitutiones impugnaverimus, quae in hoc feruntur, ut animas intus coram Deo ligent, & religionem incitant, ac si rebus ad salutem necessariis praecipere.... Haec questio protervose ideo impedit, quod inter exterranum, ut vocant, & conscientiae forum, non satis subtiliter discernunt. Propterea difficultatem arguit, quod Paulus obediendum esse magistratui praecipit, non parvo scilicet metu, sed propter conscientiam; unde sequitur politicos quoque legitime obstringi conscientias: quod si ita esset, caderet quidquid proximo capite diximus, ac dicturi sumus de spirituali regimine. Haec est doctrina eorum quos*

quos praclari Iurispubliicitate Lutherici, & Calvinici, ut *Prophetas*, & divinos Reformatores, adorant. Leges istas quae determinant materiam lege divina praescriptam, admittunt. Leges mere humanas aut penitus rejiciunt, aut contendunt in foro duntaxat exteriori, secus in conscientiae foro obstringere. Et hoc, tamquam iuris publici instauratores, depraedicant eorum sectarii. Sed plura, nunquam tamen satis, diximus supra adversus istorum Reformatorum commenta.

II. Veritas fidei est, supremas potestates facultate legum condendarum instructas esse. Nam *Christus* ipse legem *Caelestem* de tributo solvendo observari praecipit. *Reddite quoque Caesari.* *Caesari:* Luc. xx. Leges quas servandas inculcat *Paulus Apostolus ad Rom. xiii.* late a *Paganis* erant; & tamen, teste eodem *Paulo*, in conscientia obligabant. *Turpiter* ergo haereticarum *Lutherus*, & *Calvinus* errarunt, effutientes humanas leges conscientiam non obstringere. Sed edisserant nobis novi isti sapientes. Leges, in Concilio Hierosolymitano ab *Apostolis* late, an non obstringunt conscientiam? Quod si legem ab Ecclesia rogatae fidelium conscientias ligabant, ut cerum est; quid & posteriores? Minor ne nunc quam olim Ecclesiae auctoritas?

III. Obiiciunt 1. *Deus praecipit nihil addendum legi suae Deuteron. xii.* *Quod praecipit tibi hodie, hoc tantum facito, nec addas quidquam, nec minuas.* Et *Apostolus Iacobus cap. iv.* *Unus est legislator, & iudex, qui potest perdere, & liberare.* Respondeo. His & similibus textibus perpetuo abutuntur novatores, qui solidae plebi scum faciunt, ut sua deliria suaderere queant. Nihil suae legi addendum *Deus* iubet quod eodem contrarium sit, quod eam corruptat. Quid quod, etiam *Iudaeis*, tanta legum larcina onus, vetitum condere leges fuisset, non propterea haec concudi possent, eadem teneri? *Christianos* prohibitionibus? Unus est legislator noster *Deus* primas, & supremus; at ille ipse declaravit, se communicasse *Principibus* terrenis facultatem legum constituendarum pro communis regimine, sive Ecclesiae, sive Principatus.

IV. Obiiciunt 2. Ecclesia non valet quidem praecipere de fide credendum, quod non sit a Deo revelatum. Ergo neque imponere aliquid sub poena peccati, quod non sit a Deo praescriptum. Accedit quod, si lex humana conscientiam obstringeret, eiusdem obligatio esset ac divina, eiusdemque auctoritatis. Resp. Obiecta paritas inutilis est. Nihil de fide credendum esse, nisi quae a Deo revelata sunt,

Scriptura ipsa testatur, & ratio evincit, quod *Deus* sit infallibilis auctoritatis, vi cuius praestandus est firmus assensus. At Scriptura ipsa divina declarat, plura pro temporum opportunitate occurrere, quae Principes vel prohibere, vel praecipere valent, pro ut expediens publicae subditorum utilitati fuerit. Non minus frivola, & ridiculosa est argutio altera. Lex humana vim obligandi habet ab ipso Deo, vel auctore naturae, vel auctore gratiae. Ideo lex humana semper est inferior lege divina, a qua suam haurit vim, & auctoritatem.

V. Certum itaque est summam potestatem auctoritate praeditas esse ferendi leges. Pauca nunc dicenda occurrunt de personis in quibus haec residet potestas. Et, ut a supremo omnium Principe initium ducamus, summam Pontifex potestatem a Deo ornatus est ferendi leges spirituales pro universa Ecclesia. Civiles autem leges duntaxat pro provinciis, vel temporali principatu subiectis, ferre valet. In ceteris regnis, & provinciis singuli Principes, Reges, Imperatores summa auctoritate potuerunt eas rogandi leges quas politico regimini congruas, necessitate exstiterint. Imperator pro toto Imperio, Rex pro universo suo regno, Princeps pro toto principatu, & quilibet civitas non subiecta pro suo territorio leges, subditorum conscientias obstringentes, condere possunt.

VI. Disputant Iurispubliicitae, valeat ne Regina leges condere? Conscientiam communitatis, Regimam non coniugatum condere leges posse, non secus, ac Regem. Siquidem quae ratione capax est regni & iurisdictionis, eadem potest leges ferre. Si vero nupta sit, tum multi assensum, ad maritum Regem facultatem legum ferendarum pertinere; quod ratione matrimonii uxor in eundem talem transiit potestatem. Sed haec opinio mihi falsa est. Regni hereditatem nisi voluntaria pactio, & cessione Regina transferat in maritum, vi matrimonii non fit haec translatio. Dotem marito dare uxore debet; suam peculiarem hereditatem. Dignitatem ab uxore maritus participat, appellandusque est Rex. Regimen maritus, uxoris, & cetera, quae viri sunt, maritus peragere debet; secus regnum, quod uxor Regina possidet, gubernare, dirigere, legelique ferre.

VII. Dicitum supra est, summam Pontificem leges ferre posse pro universali Ecclesia regimine spirituali. Est enim divino iure Ecclesiae caput. Ergo a Deo potestatem accepit Ecclesiam dirigendi. Nec multis opus est ut haec confirmemus veritatem; cum innu-

mera sint volumina quibus illa demonstrata, & ab ineptis nugis luthericis, & calvinicis asserta est. Porro non solum Petro, sed ceteris quoque Apostolis potestatem legendarum legum pro Ecclesiarum suarum regimine concessam fuisse, ex divinis similiter Scripturis exploratum est. Inquit enim S. Lucas cap. vi. *Elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit.* Quemadmodum vero immediate omnes a Christo Domino electi fuerunt, ita ab eodem potestatem regendarum Ecclesiarum acceperunt. Constitutit illis Principes super univerfam terram, denuntiatis illis: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos:* Ioan. xx. & omnibus dixit: *Quodcumque ligaveritis super terram, erit &c. Matth. xviii. & S. Paulus I. Cor. vi. Nescitis, quia Angeli iudicabimus, quanto magis secularia?* Si Principes, si Rectores supremos Ecclesie sue Redemptor divinus Apostolus constituit; necessario isdem contulit iurisdictionem illam que iuncta est supremæ potestati.

VIII. Verum qui Christus IESUS, qui est ipsa sapientia Patris, optime ordinateque suam instituit republicam, illam sub uno capite, seu unicam dilectam ipsam, delegit, omni schismate, & divisione sublata, atque a Petro supremo Principe, suoque Vicario pendere ceteros Apostolos voluit. Si enim iungit supremi fuissent, nulla ordinatione subiecti, schismata inter hos necessario exorta fuissent: nec ordinis, & iurisdictionis unitatem servassent; atque adeo nec una dilecta, immaculata, & sancta, sed plures existentis formæ, Petro ergo, & eius successoribus data est potestas universalis in totam Ecclesiam. Et ideo sola Petri Cathedra semper appellatur Apostolica, vel prærogativam perpetuam a Christo illi collatam. Equales vocantur Apostoli, quia reipra habebant potestatem universalem in univerfum orbem, in quem dispersi fuerunt: necdum enim dioceses, intra quarum confinia limitanda potestas esset, instituta erant. Idcirco limitata singulari potestas necessaria tum temporis erant, semper tamen ad caput supremum ordine servato. Quamobrem Petrus poterat ceterorum Apostolorum leges temperare, & moderari. Fundata, & aucta Ecclesia, atque in suas partia dioceses, vel ipse optimi regiminis ordo pollularet, nec unus in alterius diocesim falcem mittat, sed ut quisque suæ excolenda vineæ operam navet. Quisque reipublice recte instituta alius est iuris, alius progressus, & incrementi modus regendi. Episcopi ergo Apostolis succedunt in Episcopatu, secus in Apostolatu; seu, ad hos non transit

potestas universalis qua instructi Apostoli erant, sed limitata intra proprias dioceses confinia, sic exigente optimi regiminis & unitatis ordine. Hæc omnia penes Catholicos certa sunt.

IX. Quod in disputationem Theologi vocant, est, num Episcopi immediate a Christo, an a summo Pontifice potestatem iurisdictionis accipiant in suas Ecclesias? Duo tamen inter eos certa sunt. Primum, iurisdictionem Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, sive a Pontifice summo, sive a Christo derivatam, subiectam esse capiti Ecclesie. Alterum, Episcopos in sua diocesi ferre leges posse, nulla petita a Pontifice facultate. Nihil tamen pro univerfa Ecclesia statuere valent, seu leges que univerfalæ Ecclesie regimen spectant, aut limitare, aut extendere. Nihil ergo in fidei controversiis nihil in universalium ieiunio, & aliis legibus universalibus mutare, aut alterare possunt. Quibus possit.

X. Duplex est sententia. Prima asserit, hæc potestatem iurisdictionis Episcopos a Pontifice immediate accipere: quia regimen Ecclesie monarchicum est: ergo ad unum revocari caput debet. Hoc autem fieri nequit, nisi ab hoc uno capite pronant in omnes inferiores Rectores potestas iurisdictionis. Quam sententiam confirmare student auctoritate S. Thomæ in IV. dit. xx. quest. 1. art. 4. *Papa habet plenitudinem potestatis pontificalis quasi Rex in regno; Episcopi autem assumuntur in partem sollicitudinis, quasi iudices singulis civitatibus præpositi.* Verum ex hac auctoritate non aliud concluditur, nisi quod Episcopi, veluti membra, a capite pendente, eique subiecti sint, ut unum cum capite morale corpus constituent; minime vero quod ab hoc capite potestatem accipiant, ut in corpore physico contingit. Siquidem ipsemet Christus Dominus, & caput, & membra delegit, & omnibus, servato subiectionis ordine, potestatem necessariam contulit. Quare secunda sententia docet, hæc iurisdictionis potestatem Episcopos immediate a Christo Domino accipere. Quoniam Episcopi sunt Apostolorum successores. Eorum dignitas & officium ex Christi institutione est. *Posuit eos Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei,* Act. xx. Si illos Rectores Ecclesiarum Spiritus sanctus instituit: ergo ab eodem potestatem dirigendi Ecclesias suas acceperunt. Non per Petrum, seu mediante Petro, in eos regimen derivavit Ecclesiarum; sed illosmetipsos regere Ecclesias destinavit. Ergo immediate contulit illis eam potestatem

tem

tem que Ecclesiarum regimini necessaria est.

XI. Si res ipsa spectetur, sive una, sive altera sententia prævaleat, perinde fere est. Nam certum est in omnium sententia, hæc Episcoporum potestatem a Christo Domino proficisci. Certum quoque est, in potestate Pontificis hæud esse Episcoporum sine hac potestate insistere. Dissidium totum eo recidit, utrum Christus per Petrum, an, hoc medio neglecto, in Episcopos suam derivaverit potestatem. Quod læve dissidium, ut mea minima præfert opinio, tanti non est, ut enucleari prolixius debeat. Ceteroquin in utraque sententia ordo unitatis, & subiectionis peroptime servatur. Quoniam Pontifex summus corrigere errantes Episcopos, eorundem leges, Ecclesie bono repugnantes, abrogare, potestatis exercitium, si Ecclesie utilitas posulet, coercere, & ea omnia que in bonum commune cedunt, constituere valet.

XII. Præter Pontifex summus, & Episcopus singularis, legum condendarum potestate pro univerfa Ecclesia, fruuntur in primis Concilia generalia, ut ex Apostolorum Actis cap. xv. planum est; neque negari abique errore in fide id valet. Disputatur dumtaxat, habeant ne leges istæ, ab œcumenico Concilio late, vim obligandi ante Pontificis confirmationem. Adfirmant plures; sed communiter, & militi varior sententia docet absolute loquendo necessariam esse summi Pontificis confirmationem, ut prælatæ leges vim obligandi Ecclesiam obtineant, quando Pontifex ipse Concilio non præseat. Tunc enim leges prælatæ confirmant, nisi contradiat. Id est: & unitatis actio, & perpetua consuetudo, optima legum interpret, fuerunt. Siquidem in omni republica optime ordinata leges universales a capite potissimum obtinere approbationem debent. Exemplum omnibus Conciliis imitandum prætulit primum œcumenicum Concilium Nicœnum, in cuius synodica epistola ad Sylvestrum summum Pontificem hæc habentur. *Quidquid constitutum in Concilio Nicœno, præcamur, vestroris consortio confirmatur.*

XIII. Quemadmodum Concilia generalia pro univerfa Ecclesia, sic Concilia nationalia, que a Primate convocantur, quibus interveniunt Archiepiscopi, & Episcopi pro tota natione; & provincialia, a Metropolitano cum Suffraganeis celebrata, pro univerfa provincia; & diocœana, que ab Episcopo cum suis Parochis, Abbatibus, & Decanis fieri solent, pro tota diocesi ferre leges valent. Que leges vim obligandi subditos fideles

continuo ac promulgatæ sunt, obtinent; quin pontificia confirmatio opus sit. Habent enim propriam, & immediatam caput, a quo obligandi potestatem obtinent. Si tamen quid dissilum communi doctrine confiterent, eisdem abrogandi, aut corrigendi Pontifex summus facultate potitur, ratione sui divini primatus, atque adeo iurisdictionis in univerfam Ecclesiam. Hæc consequitur, leges Concilii provincialis, a summo Pontifice confirmatas, in Ecclesia obstringendi vim habere; si tamen declarat reipra eiusmodi leges extendendas ad univerfam Ecclesiam esse; secus, si absolute, nullaque adiecta declaratione, Concilium, sive nationale, sive provinciale, sive diocœanum, confirmat. Tum enim leges confirmatæ nationis, provincia, diocesis subditos devincunt.

XIV. Quæsi. unico. *Quid de declarationibus Secretæ Congregationis Cardinalium? Habent ne vim legis?* Respondeo. Omnes adfirmant eiusmodi declarationes summi momenti esse, maximoque in pretio habendas. Num autem vim legis habeant, ita ut non tantum in casu particulari desinno, sed in aliis quoque similibus obligent, in utraque partem Theologi disputant. Prima sententia negat, quod eiusmodi declarationes que communiter circumferuntur, promulgatæ solemniter non sunt; quemadmodum promulgari leges debent. Ergo legum prerogativa caret. Adfirmat altera sententia, oppositæ mixta fundamenta, quod leges noviter conditæ promulgatione egent, seu legum declarationes.

XV. Distinctione opus est. Si eiusmodi declarationes coram Pontifice discutiantur, estque Pontifex approbet, confirmet, & promulgat in urbe esse iubeat, & a Prefecto Congregationis sigillo univite prodeant; tum vim legis habent. Contra, si a solis Cardinalibus, inconsulto Papa, factæ sint, tum vim legis non habent. Ut legis interpretatio vim legis obtineat, prodeat ab ipso legislatore necesse est.

XVI. Capitulum Ecclesie cathedralis, mortuo Episcopo, condere leges obligantes valet, quos tandem aliternum, donec fuerint ab Episcopo successore abrogatæ. Capitulum enim Ecclesie cathedralis succedit Episcopo mortuo in regimine bonorum. Regimen autem consistere absque iurisdictione nonquit.

XVII. Tandem Ordinibus Regularium ad est insinuandum legum potestas tum ratione voti obedientie, tum ratione iurisdictionis a Pontifice concessæ. Que leges, ut vim aliternandi habeant, a Sede apostolica con-

fir.

firmate esse debent. Penes quae personas haec condecorum legum potestas residet, a cuiusque religionis instituto pendet. In aliquo Ordine, ut in reo *Prædictorum*, solum Capitulum generale hac potest facultate, & hac quidem limitatione, quod tunc confirmata a tribus immediatis generalibus Capitulis sanctio sit, ut vim legis obtineat. Quarumcumque tamen Religionum Superiores præcepta graviter obligantia edere valent, quibus parere sub gravi culpa subditi astringuntur.

## CAPUT VII.

De personis quæ legum humanarum observationi subditi sunt.

**Q**uest. I. Principes supremi astringuntur ne leges a se latas servent? & Ap. Primum omnium diversitas imperantium distinguenda est. Nam quando sapientia potestas rediet penes Republicam, sive aristocraticam, sive democraticam, tutio procul legum observantia astricti sunt etiam illi qui præsidet, ut Duces in Senatu, Episcopi in Conciliis. Omnes enim vulg. partes illius corporis, & singule toti sunt subiectæ. Legum quoque ratio diversa est. Nam alia sunt quæ æque Principem, ac subditos deent; ut leges servandi, precandi, æquitas servandæ; alia quæ subditi, secus Principibus, conveniunt; ut quæ sumptus immodicos, pompas, luxum, & cetera id genus vident. Sermo nunc est de primis, secus de secundis legibus.

II. Principes supremi, ut Pontifices summi, Reges, & ceteri legumlatores astringuntur vi directiva servare leges a se latas, secus vi coactiva. Ita docet S. Thomas 1. 2. quæst. xcvi. art. 5. ad 3. *Principes dicitur esse solutus a lege quantum ad vim coactivam legis: nullus enim proprie cogitur a seipso. Lex autem non habet vim coactivam, nisi ex Principis potestate. Sic igitur Principes dicitur esse solutus a lege, quia nullus in ipsorum potestati dicitur condemnatio fieri, si contra legem agat. Unde super illud Psalm. I. Tibi soli peccavi &c. dicit Gloss. quod Rex non habet hominem qui sua facta dividat: Sed quantum ad vim directivam legis Principes subditi legi propria voluntate, servandam quod dicitur extra de Const. cap. Cum omnes. Quod quilibet iuris in alterum statuit, ipse eodem iure uti debet. Et Sapientis dicitur apostolicus: Patere legem quam ipse tulit. Improbatur etiam his a Domino. Qui dicunt, &*

non sciunt; & qui alius onera gravia imponunt, & ipsi nec digito volunt ea movere, ut dicitur Hierem. xxxii. Unde quantum ad Dei iudicium Principes non esse solutos a lege quantum ad vim directivam eius, sed debere voluntarios, non coactos, legem implere. Esi etiam Principes supra legem, in quantum, si expediens fuerit, potest legem mutare, & in ea dispensare pro loco, & tempore.

III. Disputant Theologi, undenam hæc Principum obligatio proficiatur. Dominicus Soto Lib. 1. quæst. vi. art. 7. Valquez 1. 2. disp. cxxvii. cap. vii. Aravius 1. 2. quæst. xxvii. disp. 111. sect. 5. Martinez Tom. II. quæst. xcvi. art. 5. dub. 1. conclus. 4. & alii plures iustinent, obligationem hanc consequi legem ipsam. Quomobrem assertunt peccare mortaliter ipsam summam iustitiam, nisi recitet Horas canonicas, audiat Sacram, servet ieiunium, legitima dispensatione, que tempore rationabilium causam possit habere, subarta. Quoniam, ut omnes fatentur, Principes vi directiva legi subiectus est: ergo legem violans in materia gravi peccat mortaliter contra illam virtutem in qua legem transgreditur.

IV. PP. Salmanticenses tract. xi. cap. 111. punct. 3. num. 49. se nunquam intelligere potuisse fatentur, quomodo legislator valeat per ipsam legem obligari: quia lex est imperium superioris, & nemo in seipsum potest imperium exercere potest: quoniam par in parem non habet imperium. Reiciunt ad verba sententiae rationes. Principes, inquit, neque ut Dei minister, & per virtutem ab ipso receptam, se aliter servare; alioquin & Sacerdos posset seipsum absolvere. Item, si Principes subiectus legi directiva esset, penes quoque subire deberet: quod non concedunt Auctores adverte sententia. Et concludunt num. 22. Principes ex sola congruitate, proficiente ex iure naturali, legum a se latarum observationi astrictos esse. Quomobrem non peccare illos mortaliter contra leges a se latas, etiam in materia gravi violatas, probabile putant laudat Patres, præcilo scandalo. Pro qua opinione citant Bonacium, Dianam, Vivaldum, Azorium, Rodriguez, & Calzopalam. Eam quoque amplectitur P. Claudius La-Croix Lib. 1. cap. 11. num. 675.

V. Hæc opinio fallis mihi est, vanaque rationeque summa nititur. Recta ratio supra Principes & Legislatores omnes dominatur. Hinc parere Principes omnes debent. Ab hac recta ratione lex omnis iusta dimanatur. Hæc recta & suprema ratio, quid bono communi expediat, quid repugnet, definit,

legisque condit. Quid ergo obtrudit: Par in parem non habet imperium? Supposita ratio parem non habet; sed omnibus imperat. Hæc recta ratio principum est iuris naturalis: & adeo ab ipso nature iure proficiat. Rationeque quæ opponuntur, nempe peccatum non posse abolere seipsum, vanæ sunt. Nam divina est, & supernaturalis lex abolitionis, in quam nullam habet Sacerdos potestatem; sed illa ut iuxta Deum præscriptam debet. Vis directiva illa est quæ sub culpa obtrinit. Coactiva potestas præsupponit culpam. Si igitur iuxta Salmanticenses legi directiva parere Principes debent, hi legi obligantur ad culpam subiecti sunt; cum lex, quantum dirigens & præcipiens est, astringat sub culpa. Vis coactiva adicitur: quia homines lege plus ponas quam culpa verentur. A lege itaque personali soluti Principes sunt; minime a lege directiva, seu præcipiente sub culpa. Paucis verbis hanc doctrinam expresse Angelicus inquit: *Unde, quantum ad Dei iudicium Principes non est solutus a lege quantum ad vim directivam eius: sed debet voluntarius, non coactus, legem implere.* Divino ergo iudicio tenetur Principes legem implere. Peccat igitur, & quidem graviter; si in materia gravi legem a se latam transgreditur. Immerito ergo Salmanticenses portrahent in suas partes audent S. Thomam, dum aiunt, non peccare graviter Principes, præcilo scandalo. Supponunt ergo subditos mandatum patrum, dum Principes vident legum violatores. Quoniam exemplo subditis prætere debent Principes, quia *Regis ad exemplum totus componitur orbis.* Severissima oburgatio Christi in Phariseos, quam S. Thomas sue doctrine inferuit, luculentius confirmat sententiam nostram. Si subditi scandalum patiuntur, dum vident Principes legumlatores violare leges; consequitur, communem illorum sententiam esse, Principes legibus esse subiectos.

VI. Omnes tandem fatentur, teneri Principes servare leges rerum pretia taxantes: quia iure nature hæc servari debent. Item leges irritantes aliquem contractum: quia ius nature iuber ut contententes sint æquales, repugnetque iuri naturali ut una pars contractum legi, facus altera, subiecta sit. Potest tamen Principes ex rationabili causa se cum in lege dispensare, ut dictum est. Quare, si Principes testamentum conderet, omnis solemnitas præscriptis a legibus quas ipse rogavit, validum esset: quia præsumendum est, se voluisse ab eisdem, dispensatio-

ne media, liberare. Principes itaque servare quantum ad Dei iudicium leges tenentur a subiectis latas penes in transgressores licentiam. Uxoribus Principum non secus ac alii subditi, legibus parere obstringuntur.

VII. Quæst. II. Sunt ne pueri septennales legibus subiecti? Respondeo. P. Claudius La-Croix Lib. 1. cap. 11. num. 676. refert Bulembaum cum multis aliis pro sententia affirmante; & pro sententia negante Dianam, Calzopalam, Burghabrum, & alios: concluditque more suo: *Uvaeque sententia est factis probabilis.* Nos vero, quibus hæc feribendi ratio dupliet, dicimus, septennium assignari pro tempore congruo quo committere præsumitur, pueros lumine rationis persusos esse. Ceterum, si aliquibus pueris lumen illud ante septennium affuisset, hi eisdem legibus dictata debent. Hoc lumine persusos legi ante septennium peccant, si ius nature violant. Quod ergo peccant, si leges ecclesiasticas violent? Si, completo septennio, illa rationis vis, a peccato exculatur, quod libertate sint delicti: ergo si ante septennium seipsum ius lumine rationis illustrati, atque adeo libertate præditi fuerint, legibus servandis astricti erunt. Completo vero septennio, illucite rationis lumine tenentur confiteri, audire Sacram, abstinere a carnibus: ut satis in explicandis Ecclesiarum præceptis dictum est.

VIII. Quæst. III. Quomodo infideles, amenos, acri a legum observatione exculantur? Respondeo. Infideles legibus ecclesiasticis subiecti non sunt, quia nullam in eisdem Ecclesia iurisdictionem habet. Amenes vero, ebrii, alique infirmi comprehensi sunt sub lege; sed a lege exculantur ob amentiam, vel ignorantiam, ac infirmitatem. Heinc colligunt, minime peccare eos qui amebunt, putrique ante rationis ius carnes porrigunt comedendas diebus festis, a Missa audienda retrahunt diebus festis, qui pueros ante septennium, ulmque rationis inducent in monasteria Sanchimonialium. Peccant tamen qui infideles, ac amenes adultos in monasteria præfata introducent. Quoniam, est amenes, vel infideles non sint legibus ecclesiasticis astricti; tamen, quia ex eorumdem ingressu eadem abfarda consequi possunt, ac si legibus servandis obnoxii essent; ideoque qui eisdem illuc ingredi curant, graviter delinquentur.

IX. Quæst. IV. Tenentur ne Clerici parere legibus civilibus? Respondeo. P. Claudius La-Croix loc. cit. num. 678. pro sententia affirmante refert Calzopalam; & pro negan-

te Suarez, Valquez, Azorim, Fillucium, Laymanum, Bulebaum, & alios, afferentes *probabiliter* non obligari. Vis Probabilitatis ubique ferpit.

X. Salvo privilegio exemptionis, Clerici subiecti sunt legibus civilibus: quia sunt membra reipublice, & veri cives. Scriptura ipsa divina eodem subiecit Principum legibus, ut ex verbis Pauli Apostoli ad Roman. 111. colligitur: *Quamvis anima potestatibus subditoribus subdita sit.* Quod testimonium sic exponit Theodoretus: *Et Sacerdos, & Antistes, & monasticam vitam professus, his debent parere quibus demandati sunt principatus.* Doctrina isthæc absolute vera est. Hæc tamen non impedit quominus Clerici immunitatis ecclesiastice privilegio fruatur. Quæ immunitas alteri maior, alteri minor est. Ideo quique lux patrie consuetudinem consulere debet.

XI. Quæst. V. *Peregrini, & advenæ subiecti ne sunt legibus sui patrie, & locorum per quæ transeunt?* Respondeo. Peregrini dicuntur qui a loco proprii domicili recedunt redeundi animo. Vagi nullibi sedem fixam habent. Advenæ & forenses in uno loco domicilium habent; in alio habitant. Certum est peregrinum, advenam, forensim, ad aliquem locum accedentem animo ibi perpetuo manendi, continuo eisdem loci legibus obnoxium esse: quia tum incola eisdem loci fit. Similiter qui animo manendi maiori anni parte accedunt ad aliquem locum, ut scholasticus universitatis, illius loci legibus subiecti sunt, & eisdem forum sortiuntur, & parochiam. Certum quoque est, quando leges eadem sunt in propria patria, & in loco per quem advenæ, & peregrini transeunt, alitrius eisdem peregrinos, & advenas illarum legum observationi. Certum tandem est advenas, & peregrinos debere illas leges locorum servare quæ spectant contractuum, testamentorum, matrimoniorum solemnitatem; & illas quarum transgressio detrimentum inferit loci, per quem fit transitus, habitatoribus.

XII. Quæst. VI. *Peregrini, advenæ, & forenses astricti non ne servare leges loci per quem transeunt sine animo ibidem commorandi, si manant non aut alterum diem?* Resp. In duas oppositas opiniones divisi Auctores sunt. P. Viva quæst. 111. art. 3. n. 6. laudat Suarez, Salas, Castropalancum, Lessium, & alios apud Dianam, sustinentes, illos teneri, maxime si ibi permanant sine aliquot diebus. Subdit continuo, se probabiliter iudicare sententiam Sanchez, Bonacina, &

Azorii: quia brevis mora non est sufficiens ad iniciendam advenis hanc obligationem. PP. Salmanticenses tract. xi. cap. 111. puncti 5. §. 1. num. 56. referunt pro prima sententia plures præter laudatos Theologos. Sed n. 58. addunt: *Quamvis dicta sententia sit probabilis, non minus est probabilis sententia negans.*

XIII. Nostra sententia est, eisdem peregrinos, & advenæque obstricti legum locorum, per quæ transeunt, observationi. Quoniam id tranquillitati, ordini, & paci, optimique regiminis politia expedit. Advenæ sententia exleges efficit eisdem advenas, peregrinos, & forenses. Nam propria patrie legibus non sunt subiecti, neque locorum per quæ transeunt. Exleges ergo sunt diebus prælati respectu civilis, & ecclesiastici regiminis. Quid quod S. Ambrosius quæstionem hanc definitivè ut habetur ex epist. cxviii. apud S. Augustinum: *Cum Romano venio, sabbatum ieiuno: cum Mediolani sum, non ieiuno.* Sic & tu, ad quamvisque Ecclesiam veneris, eius morem serva, si quicumque non vis esse scandalum, neque quemquam tibi. Quæ auctoritas refertur dist. xx. cap. 111. & Glossa animadvertit heinc dimanasse hos verius:

*Cum fueris Roma, Romano vivito more: Cum fueris alibi, vivito sicut ibi.*

XIV. Recentiorum ne Probabilitatum auctoritas hanc S. Ambrosii sententiam, sacris Canonibus insertam, æquare valet? Quid quod non Ambrosius modo, verum etiam Augustinus conceptis verbis Probabilitatum horum improbat opinionem? Etenim Lib. III. Confess. cap. viii. inquit: *Que contra mores hominum sunt flagitia, pro more diversitate vitanda sunt; ut pactum inter se civitatis, aut gentis consuetudine, vel lege firmatum, nulla civis, aut peregrini libidine violetur.* Turpis enim omnis pars est sui universo non congruens. Adfirmant vel ipsi Probabilitate teneri peregrinos, advenæque solvere Principibus locorum, per quæ transeunt, tributa, vestigalia, ceteraque onera civilia: Atribuit vero quæ ecclesiasticæ potestatis Deo solvenda imponant, vi Probabilitatis Christi fideles solvunt.

XV. Quod obtrudunt Salmanticenses de Sacerdote Græco, qui transiens per loca Latinarum iuxta ritum suum celebrare valet; vana est quia privilegio peculiari pontificum Græci suum ubique servandi ritum. Quod secundo opponunt Salmanticenses, iniquentes loc. cit. moraliter non esse in aliquo loco qui maiore parte anni ibi non commoratur, magis absotum est, & nimiam præsert laxitatem

tem. Qui ergo quatuor, quinque, & sex mensibus in aliquo morantur loco, exleges sunt; cum non teneantur eisdem loci servare leges. Et hanc opinionem æque probabilem reputant ac oppositam? Apagæ similia Probabilitatis commenta. Vanum quoque est quod opponit P. Viva, nempe brevem moram non efficere aliquem subditum legibus loci per quem transit. Nam verum est, non efficere subditum absolute; sed tantum pro illa mora qua in eodem detinetur loco. Solus transitus constituit advenas, & peregrinos subditos ad solvenda tributa, & gabellass. Ergo hæc mora multo magis eos subditos efficit, ut solvere spirituale tributum debeant.

XVI. Advenæ igitur, & peregrini eas servare locorum leges debent quarum observantia non maiorem temporis, quo ibidem detinentur, longitudinem postulat. Nec enim ibidem diutius commorari alitringantur, ut implere leges valeant. Dum quis transit per locum, ubi dies festus est, ad alium, ubi non est dies festus, intercipere iter non tenentur, ut ibi Sacrum audiat. Quin, si ibi detinere se tantum deberet, ut equo pabulum, aut sibi cibum sumeret, periculo scandalo, non alitringeret longiores acere moras, ut Sacrum audiret. Tenuerit vero Sacrum audire, si in eodem loco pernoctarant, aut si festum sit in toto territorio, quod percurrere usque ad meridiem debent. Præcepta vero negativa, ut abstinentia a carnibus, semper implere debent: quia hæc longam non expolcunt moram.

XVII. Quæst. VII. *Peregrini, & advenæ tenentur ne leges patrie, a qua absunt, servare?* Respondeo. Communis, & vera sententia est, peregrinos, & advenas non esse subiectos legibus proprii territorii, a quo absque fraude absunt. Idque declaratum est Cap. Ut animarum de Constitutione in 6. ubi Bonifacius VIII. hæc decernit. *Statuto Episcopi, quo in omnes qui iterum commiserunt, excommunicationis sententia promulgatur, subditio eius, extra eius diocesim existerent, minime ligari noscuntur; cum extra territorium eius dicenti non preceat impune.* Ratio est evidens. Quilibet legislator in condendis legibus respicit utilitatem, tranquillitatem, & commodum proprii principatus. Dum subditi extra principatum commorantur, nec turbare, nec fovere tranquillitatem, & pacem eiusdem valent.

XVIII. Quæst. VIII. *Peccant ne qui delibato animo discedunt a proprio territorio ubi lex tetinuit, aut festi viget, ut alio se transfereant.* Theol. Tom. VI.

tant ubi eisdem leges non sunt? Respondeo. P. Claudius La-Croix refert Sanchez, Suarez, Bonacina, del Bene, & alios septendecim cum Illung, & Pasqualigo, docentes, per se istos non peccare, seu non esse prælati legi subiectos. Pro adversa sententia refert Salas, Sayrum, Ledesma, & alios quinque. Adhæret prima. Excipiunt legem Tridentinam circa matrimonium. P. Dominicus Viva quæst. 111. art. 3. num. 8. asserit, communem esse opinionem quæ docet, posse quemquam eo animo recedere a propria civitate, & loco ubi viget lex tetinuit, & eo se transferre ubi non viget. Hanc eandem opinionem defendunt Salmanticenses tr. xi. cap. 111. puncti 5. num. 6. Ratio illorum iuniorum est, quia Christiani in hac fuga a legis observantia untrunt iure loco. Præceptum, inquit, non vetat exire a tali civitate; sed obligat tantum ibi commorantes, ut legem servent.

XIX. Hæc opinio falsa, & laxa est, nulla, ut ego quidem arbitror, probabilitate fulsa. Quare dico, absolute eisdem Christianis esse velatos legum transgressores. Hanc nostram sententiam docet ipse S. Thomas 2. 2. quæst. cxlviii. art. 4. ad 3. Circa peregrinos, & peregrinos distinguendum videtur: quia, si peregrinatio, & operis labor commode differri possit, aut dimitti abique detrimento corporalis salutis, & exterioris status, qui requiritur ad conservationem corporalis, vel spiritualis vite, non sunt propter hoc Ecclesiæ ieiunia prætermittenda. Si vel ipsa peregrinatio, bono animo suscepta, differenda sit, dum commode potest, ut lex servetur; licet non erit calido animo peregrinationem suscipere, ut lex eludatur? Quid quod vel ipsi Probabilitate exulare non audent cum qui de festo abique necessitate iter suscipiunt, aut die ieiunii, animo subterfugiendi Missam, vel ieiunium?

XX. Ratio sententiæ nostræ est: quia nemini sua fraus debet patrocinari, ut habetur cap. Ex tunc: de re script. Patrocinaritur autem illis fraus, & quidem manifesta, si animo eximendi se ab observantia legum esse transferant ubi leges non sunt. Non est fraus, inquit Probabilitate, in eum se transferre locum ubi lex non obligat. Aliud est enim, inquit P. Viva, ponere impedimentum ad executionem præcepti obligantis; aliud vero fugere obligationem. Theologis cavillationes istæ, & nugæ non congrunt. Meri enim verborum lusus fuit huiusmodi argumentationes. Ediferant nobis. Si quis dolo, & fraude circumvenire leges præstare vellet, quæ alia via, nisi indicata, id præstare posset?

Nec opus aliis argumentationibus est; cum ipse communis sensus hanc astutam, & varam fugam perhorrescat. Lex non vetat exitum e loco, bona fide suscipitur; sed lex ipsa naturalis, cuique infusa, prohibet dolum, fraudem, altitiam, qua lex aliquid tenetur. Urbanus VIII. in Breui ad Archiepiscopum Coloniensem declarat, incolas loci ubi Synodus Tridentina viget, immigrantes alio ubi non obtinet, animo contrahendi clandestine, non contrahere legitimum matrimonium, ob hoc principium quod fraudis, & doli favore nemini debeant. Et si non faverat fraudi ad hanc Tridentinam legem eludendam; cur patrocinari debeat ad alias violandas? Iniquum, esse specialem rationem, cur in hac, secus in alia lege, patrocinari fraus non debeat. Sed edisserat nobis hoc peculiare discrimen. Fraus quippe eadem eundem semper effectum parit. Verba innumera conglomerant Probabilitatem, ut discrimen assignent inter eam qui executioni legis impediendum apponit, & eam qui fugam arripit, ut legis observantiam declinet. Sed omnia sunt vana, & inepta effugia, quo longiore non possulant consumationem.

XXI. Quæst. IX. *Qui discedit die festo a proprio loco, tenetur ne ante discessum Sacram audire?* Respond. Salmanticenses loc. cit. n. 6. respondent, certum esse apud omnes hunc non obstringi audire Missam, si, antequam exeat, vel illo quo exit, tempore Missam celebratur: quia non tenetur alio tempus expectare. Oportum conceptis verbis docet S. Thomas loco mox a nobis laudato. Tenetur enim expectare, nisi damnus, aut necessitas excuset. Subdunt, quod, si tempore discessus celebratur Sacram, & aliud non supervenit, tenetur tunc prefatus Christianus audire Missam.

XXII. Quid, si toto mane Missa celebratur, & tu velis exire circiter horam tertiam, astrictus ne es Sacram audire? Pro sententia adfirmante laudant, Suarez, Fillucium, Laymann, & alios. At illi verius negant. Audi illorum argumentationem, quam totidem rescribere verbis lubet. Quia (inquit num. 67.) si in illo loco est quod octava matutina, & sint in eo alie Missæ, fræ hora decima, aut undecima dicende, non obligaris audire Missam hora octava, cum posses alia hora audire illam. Sed non teneris expectare totum tempus, pro quo obligat præceptum. Ergo, si exeas, iam non teneris ullo modo; cum iam sis obligatione exemptus. Unde non teneris præ-

venire obligationem, tamen scias impedimentum superventurum. Pro hac opinione laudant Tapian, Dianam, Castropalaum, Sanchez, Salas.

XXIII. Tu, christiane lector, iudex esto, quod indulgentis, ne dicam laxitatis, adducat novus opinandi modus probabilisticus. Si una tantum celebratur Missa, illam audire astringeris. Si toto mane usque ad meridiem Missæ celebrantur, soluta a lege es? Quid, si Sapientes Edictorum similia legentem paradoxa, quæ (ut mea minima profert opinio) sensum ledant communem, quæ bonam fidem violant, horroremque ingerunt extremum? Quid his declamationibus, & inventivis causam tuam agis? Ita sane. Nam adeo recte rationi adversa recentia mihi apparet opinio, ut eandem vel reseller pigeat. Nam, si omnes consulatur Christiani, probabilitatis abulibus non preventi, omnes uno ore fatebuntur, se debere audire Sacram illa hora qua commode valeant, dum prævident superventurum impedimentum.

XXIV. Quæst. X. *Qui discedit a proprio loco in quo abitur præceptum ieiunii, ad locum in quo nullum est ieiunii mandatum, potest ne ientaculum sumere?* Respondet. Indignaris fortasse mihi, quod tam vana, & fere nugæque quæstionibus proponam? Sed hæc sunt familiares non patris Galilæi. Pro sententia adfirmante te posse sumere ientaculum, recentest Salmanticenses loc. cit. n. 68. Sanchez, Suarez, Fillucium, & Dianam: quia ieiunii præceptum est individuum, inquitur. Ergo ientaculum sumere poteris in loco unde discedis: & prandium, & cenam in loco ad quem pervenies. E contrario, si in loco unde proficisceris, non est ieiunium, pervertitur in patriam ubi est ieiunium, poteris prandere, antequam exeat, & vesci carnisbus; sero autem cocnare, non tamen carnes comedere. Pro sententia negante laudant Castropalaum, Bellium Pontes, & Graduanum: quia, inquitur illi, antequam egressus diaris, nondum adit exculcationis castra, nec fat est ipse futura exemptionis; sicuti spes futuri privilegii non te eximit ab observantia ieiunii, antequam illud æsequaris. Concludunt vero Salmanticenses num. 70. his verbis. Inter has duas satis probabiles sententias mediã tenemus, & dicimus, rationem habendam esse de loco ubi maiori parte diei unaliquæ invenitur, ut dicamus posse, vel non posse frangere ieiunium; illud de quo loquimur: quia frequentissimum est in moralibus quod maior & potior pars

pars trahat ad se minorem. Nos vero dicimus, & frequentissimum, & in subiecta materia allegatum principium damnatum esse ab Ecclesia. Damnatum est in recitatione Horarum canonicarum, damnatumque inferius in præcepto ieiunii, quod non secus ac illud dividuum est. Quare falsum est quod docent laudati Patres, te posse frangere ieiunii præceptum, si moraris in loco ubi viget usque ad decimam horam; in alio vero loco ubi præceptum non urget, comedere ad libitum. Siquidem omnia que Auctores citati adducunt pro suis opinionibus firmandis, mera effugia mihi videntur ad leges circumveniendas, eludendasque. Ieiunium ergo, & cetera præcepta servare debes, usque ad moraris in locis ubi præcepta vigent. Ita prescribit vel ipse communis sensus. Principium qui nituntur adversari, nempe quod præceptum ieiunii indivisibile sit, falsum omnino est, ut iam adnotavi, & in libro incognito Quæstionum Appellato fuisse probavi.

XXV. Quæst. XI. *Quid dicendum sit in casu quo est speciale præceptum & in loco, unde discedis, & in loco, ad quem accedis?* Respondet. Quæstionem hanc proponit P. Claudius La-Croix Lib. I. cap. 11. dub. 3. num. 686. eamque ita exponit. Titius exite loco ubi est speciale ieiunium. Discedit a parochia sua, ubi est speciale præceptum servandi festum Sancti Patroni Ecclesie; & accedit ad aliam parochiam, ubi est quoque speciale festum Patroni eiusdem parochie. Quid tum? Astringitur ne ieiunare, aut audire Sacram? Respondet P. La-Croix. Plures cum Castropalaio dicunt teneri. Sed Ioannes Sanchez... cum Tamburino... & Burgabero probabiliter negant: quia in primis non tenetur ratione specialis præcepti in suo territorio ex quo exit... deinde de nec tenetur ratione specialis præcepti in altero territorio ad quod venit: quia non est subditus iurisdictioni horum Superiorum. Ergo neutro præcepto tenetur: & consequenter, si ablit scandalum, poterit non ieiunare, non audire Sacram, sed indulgere ferriibus.

XXVI. Vin' lepidiora, & dulciora? Hæc us ab unico præcepto, unde proficisceris, animo illud eludendi, te liberantur Caluiste multi. Tu nunc Charybim declinas, in Scyllam te lapsum vides: quod in illo ipso loco quem, animo te subducendi præcepti oneri petis, aliud offensus præceptum simile. Et tamen tanta est Probabilitati vis, & hæcitas, ut ab his quoque scopulis, & laqueis te eripiat, & faucibus tuis oppara

convivia infuset, & ab onere audiendi Sacri te exolvat.

XXVII. Hæc sunt nova argumenta, ut mihi videntur, unde colligere vales novam opinandi methodum, quæ, invitatis Auctoribus, bona fide illa utentibus, te ipsa eo recidit, ut leges tum divinas, cum humanas eludat. Undique verum præceptorum vinculis Christianus devincitur. In loco unde egreditur, obstrictus est; in loco ad quem accedit, iterum ligatur: & opinandi modo occurrit adeo subtilis, quo Christianus ille omnia hæc ligamina impune frangat, & solutis vinculis, queat & ventri indulgere, & ludis, quin vel Sacram audire, vel gulam ieiunii severitate coercere astringatur? Et quia hæc elata voce improbamus, declamationis, & exaggerationis arguimus.

XXVIII. Quæst. XIII. *Discessurus valet ne consilia diocesis egredi eo animo, ut a peccatis reservatis que proprio Parochæ confiteri recusat, absolvatur?* Respondet. Clemens Papa X. in sua constitutione Superna conceptis verbis prohibet ne Regularis absolvant advenas, & peregrinos a peccatis, reservatis in propria diocesi, a qua discedunt hoc animo obtinendi abolitionem in alia diocesi, in qua prefata peccata non sunt reservata. P. Dominus Viva quæst. 111. art. 3. numer. 9. refert P. Suarezium, Basilium de Leon, alioque, propugnantes posse hunc absolvi qui hoc animo declinandi reservationem in aliam peregrinatur diocesim. Quamvis (inquit P. Viva) Clem. X. in laudata constitutione prohibuerit Regularibus (& eadem videtur esse ratio in hoc de secularibus Confessoribus) ne hos absolvent, si in fraudem reservationis id facerent, hoc est, ut explicat Platellius num. 909. si id faciant ad declinandum proprii Episcopi iudicium. Hac autem fraude circumferipta, si peregrinatus, ut opportunam habeant abolitionem, quam in propria diocesi si habere non possunt, absolvi poterunt. Si quidem non dicitur fraudem committere qui iure iuris sibi concessio. Conceditur tamen ius commune ut quilibet peregrinus possit absolvi a quolibet Confessorio a peccatis omnibus non reservatis in diocesi, ubi confiteretur; quævis ea sint reservata ubi ponentis ea peccata commisit.

XXIX. Ius commune concedit facultatem, ut quilibet peregrinus possit ea intentione ut abolitionem a reservatis obtineat? Sed hoc ius commune restringit Clemens X. Alterum ergo. Aut Clemens X. non potuit hoc ius restringere, & an invalida absolutio est.



Sed Clemens X. absolutionem prohibuit, quando in fraudem delictum iudicium proprii Episcopi quis aliam petit dicecesim. Egregie. Sed quando hec fraus perpetratur, nisi cum quis ea intentione ad aliam accedit dicecesim, ut ibi abolvatur? P. Viva autem de eo loquitur qui *hac intentione* peregrinatur. Si hac fraus non est, quamnam erit in questione nostra? An necesse est ut peregrinus dicat: *Difcedo a mea dicecesi, & aliam peto, ut delictum iudicium mei Episcopi?* Hac ne expressa consumptione opus est, ut fraudem illum committere dicamus? Quis adeo infanierit, ut id admittet? Ad veram ergo fraudem, de qua Pontifex loquitur, sufficit aliquem peregrinari, seu discedere a propria dicecesi, & aliam adire, ut *opportunitatem habeat absolutionis, quam habere non potest in propria dicecesi*, ut loquitur P. Viva. Ex hac agenda ratio non opponitur Clementinae constitutioni? P. Suarez scripsit ante constitutionem Clementis X. iudeo exultatione dignus est, si tamen praefatam opinionem defendit. An vero qui post hanc constitutionem scriperunt, exultatione digni sint, ceteri iudicent. Ni fallor, sapienter P. Viva extenuat propositiones ab Ecclesia scriptas. Quod non alia ratione, occasione data, id repeto, nisi ut lectores cauti sint in legendis commentariis, & sententis quas dicitur Auctor bona fide, & pia intentione factorem reddendi legum observantiam propugnavit.

XXX. Quasi. XIII. Si peregrinus committit delictum extra locum sui domicili, puniri ne a proprio Superiore valeat ob hoc delictum? Respond. P. Viva refert Basilium de Leon, & Gabrielem, docentes, Superiorem non posse punire subditum degentem extra territorium, nec ob delictum intra, nec ob delictum extra territorium perpetratum. Quam

opinionem ille reicit, & subscribit communi, quae docet, totum esse non posse Superiorem punire subditum, quando tam is, quam res ab eodem commissa extra territorium extant; secus, quando delictum perpetratum sit intra territorium. Quare, si subditus degens extra territorium occidat scelopum, aut flagita hominem existentem intra territorium in quo censuræ latae sunt in homicidas; is obnoxius erit censuris: quemadmodum qui extra templum degens, & scelopum explodens, interficit hominem in templo extantem excommunicationem incurrit latam contra ecclesiam in Ecclesia. Similiter Beneficiarius extra dicecesim degens, atque adeo non residens in loco sui beneficii, obnoxius est excommunicationi latae a proprio Episcopo adversus non residentes. Utrique Superior exercere iurisdictionem contentiosam extra territorium nequit; at non propterea desinit esse iudex delictorum quae subditis, etiam extra territorium existentibus, modo dicto perpetrata. Licet ergo Superior ius dicere, & iudicium contentiosum instituire extra suum territorium nequeat; tamen statueri plura valet quae obligent subditos, etiam extra territorium degentes. Potest Episcopus iubere ne Presbyter subditus extra dicecesim celebret; quemadmodum Provincialis regularis sub poena excommunicationis praecipere subdito valet ut extra provinciam existens ieiunet, abineatque a tali officio. Advertendum tamen, quod, ut Superior possit ferre praecipuum in subditos extra provinciam, seu territorium degentes, necesse est ut subditi non transferant domicilium; sed remaneant reipsa subditi proprii Episcopi, aut Provincialis. Si enim efficiantur subditi alterius Episcopi, aut Provincialis, tum cessat omnis in eisdem potestas.

## DISSERTATIO V.

DE LEGUM HUMANARUM EFFECTIBUS, ET VI OBLIGANDI.

## PRÆLOQUIUM.



Aucis dissertationem hanc expediam, quod argumenta in eadem tractanda nec momentosa, nec implicata difficultata sint. Occurrent aliquae Casuisticae opiniones convellendae, potissimum invecata a Caramuele, laxarum opinionum magistro, & defensore. Sed eas brevi manu explodam, non secus ac paucas aliorum qui Caramuelis vestigia persequi voluerunt. Potissima, & gravioris momenti controversia dispicienda obligationem legis dubia spectat, contra quam allegare Probabilitate solent istud estatum: *Melior est conditio possidentis*: cuius legitimo sensu basilice abutuntur. Paucis quoque hanc controversiam abolvam, cum alibi ex instituto eandem veritatem. Et quoniam brevis est dissertatio, breve quoque Praeloquium est. Ad rem.

## CAPUT I.

Propositiones damnatae, & laxae Casuistarum.

Hucusque adversus heterodoxos Ictos decretatum ut plurimum est: ideo Casuistarum laxas opiniones, praeter unam, & alteram Caramuelis de more non recensui ant-

te diff. 11. ubi locus opportunus videbatur. Quoniam vero in praesentia potissimum controversias in utramque partem a Casuistis disputatas examinandas suscipio iuxta consuetam methodum, primum propositionem in hac materia praescriptam ab Alexandro VII. post quorundam Moralistarum opiniones laxas praemitam.

Theses ab Alexandro VII. praescriptae, quae est 28.

Populus non peccat etiam absque ulla causa non recipiat legem a Principe promulgatam:

Propositiones laxae Casuistarum.

1. „ Leges adhuc pontificiae promulgari debent in singulis regnis, provinciis, & dicecesibus, ut ibi habeant obligare. “ Torrecilla. *Tom. I. summ. tract. 11. disp. 1. cap. 1. num. 12.*
2. „ Leges humanae tam civiles, quam pontificiae acceptari debent a populo, ut obligare valeant. “ Torrecilla *loc. cit. n. 13.*
3. „ Lex, seu constitutio pontificia quae non est recepta, quacunque ex causa fiat, non obligat. “ Idem Torrecilla in *propof. damnat. tract. 11. consulti. 6. num. 94.*
4. „ In materia levi nec lex, nec superioris praecipuum sub letali obligare queunt. “ Idem Torrecilla *tom. 1. summ. tract. 1. disp. 1. cap. 4. num. 16.*

Cons. Theol. Tom. VI.

5. „ In propositione 28. damnata ab Alexandro VII. de populo absque causa legem non acceptante, non venit damnatum dicere, graviter non peccare, etiam absque causa eam non acceptet. “ Idem in *propof. damnat. in dict. propof. num. ult.*
6. „ Actiones nimium difficiles, quaeque contentantur fragilitati humanae naturae non sunt, nequeunt esse materia legis humanae, nec sub humano praecipuo cadere: unde de causa sufficiens haec est ad eas non accipendas. “ Idem in *propof. damn. ad propof. 28. Alexandri num. 5.*
7. „ Sufficiens causa est ut quis a lege deobligetur, quod immediate post promulgationem videret vel a maioribus, vel maiori parte non incipi observari. “ Idem *ibid. n. 9.*